



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 181. Secta Horebitarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

salute actum fore, nisi Cæfari reliquas Sæcul. XV.
quoque suas copias admovendi spaciū A.C. 1420.
præriperet, eumque ex occupato loco
propulsaret, tanto furore ac impetu in-
stare cœpit, ut Cæfarei post trinam irru-
ptionem in partem montis maxime præ-
ruptam acrius protruderentur, atque ex
alto deturbati, per abrupta præcipites a-
gerentur. Qua clade tantopere fracti e-
rant Imperatoris milites, ut Zischa no-
vam Pragam recuperaret, atque victor
urbem ingrederetur. Cœpit etiam ar-
cem Wissgrad, Cæfare jam quarta vice
prostigato, qui die vigesima Martii Bohe-
mia excedens, ad compescendos Mora-
vorum rebellium insultus Silesiam con-
tendit.

§. CLXXXI.

Secta Horebitarum.

Post hæc Zischa suos sectariis recens na-
tis coinquinatos comperiens, illos ab
hac fæce purgandi consilium cœpit. Hi
Orebitarum, seu Horebitarum nomen si-
bi arrogabant, eoquod fingerent, se fidem
sectari, quæ æque sancta esset, ac lex a
Deo Moysi in monte Horeb data. Ce-
terum ab Hussitis non discrepabant, nisi
quod Sacerdotes ac Religiosos quovis
fævitiae genere divexarent, credentes, se
ingens Deo præstare obsequium, si il-
los inter atrocissima tormenta neci da-
rent.

F f 3

Secol. XV. rent. Hinc quosdam igne crudeliter
A. C. 1420. comburebant, alios vestibus penitus nu-
 datus, & binos ac binos invicem colliga-
 tos rigente hyeme super stagna glacie
 constricta projiciebant. Hos tamen pe-
 nitus extirpare Zischa non audebat, ve-
 ritus, ne vel minima suorum divisio
 hostium potentiam augeret, eos nihilo-
 minus adstrinxit, ut junctis suis quoque
 armis cum eo bellum gererent, vicissim
 illis spondens, se imposterum nullis Ca-
 tholicorum Sacerdotibus vitæ gratiam
 concessurum,

§. CLXXXII.

Sacra militia adversus Hussitas.

Æn. Sylv. **D**ie prima Martii hujus anni Papa ad-
l. c. huc Florentiae commorans, cognitis
Dubrav. lib. Hussitarum in Bohemia violentiis, ad Im-
24. in fin. peratoris preces contra eos, eorumque
 asseclas sacrum bellum indixit. Verum
 nec hoc anno Sigismundus benignorem
 fortunam expertus est, postquam enim
 adversus Monasterium Claronense, quod
 Zischa ob opportunitatem loci in muni-
 tam arcem converterat, copias suas ad-
 movisset, nescio, an Zischæ adventus,
 vel potius victiarum, quas reporta-
 vit, memoria Cæsareos tanto terrore
 oppresserit, ut nec justitia caussæ, nec
 proprii honoris studium, nec Sacramenti
 fides